

## FUEROS DE SAN JULIAN Y VILLAMURIEL (PALENCIA)

El fuero concedido a los habitantes de San Julián por Raimundo, abad del Monasterio de Husillos, en 30 de septiembre de 1161, fué publicado por D. Eduardo de Hinojosa <sup>1</sup>, utilizando una versión contenida en el ms. Q. 91 (signatura antigua), fol. 72, de la Biblioteca Nacional. Dicha copia es incompleta y tiene algunos errores, por lo que he creído útil dar a conocer aquí el original, señalando las variantes. No he podido identificar el pueblo, que debía ser de escasa importancia y cercano a Husillos <sup>2</sup>. El Monasterio de Santa María de Husillos pertenecía a la sede palentina por donación hecha por Sancho III el Mayor el 21 de diciembre de 1035, y confirmada por Fernando I en 26 de diciembre de 1059 <sup>3</sup>. El fuero está otorgado por mandato del obispo de Palencia D. Rai-

---

1 *Documentos para la historia de las instituciones en León y Castilla*. Madrid, 1919, núm. XLII, págs. 68-69.

2 En la provincia de Palencia sólo encuentro con este nombre a Santillana de Campos, v. con Ayunt. en el part. jud. de Carrión de los Condes, que no puede ser la del fuero por hallarse muy alejada de Husillos.

3 FERNÁNDEZ DE MADRID y VIELVA RAMOS: *Silva Palentina*, I. Palencia, 1932; pág. 102, lám. 11, y pág. 108, lám. 12.

mundo II (1148-1184), a quien Alfonso VIII había dado facultad para que hiciese y enmendase fueros en Palencia <sup>4</sup>.

El fuero de Villamuriel, concedido por el obispo D. Raimundo en 17 de febrero de 1162, se halla inédito, que yo sepa. Se trata, a mi juicio, de Villamuriel de Cerrato, villa con Ayuntamiento a una legua de Palencia, de cuyo partido judicial forma parte. Villamuriel pertenecía al obispado de Palencia desde 1141, fecha en que Alfonso VII donó dicho lugar al obispo D. Pedro II <sup>5</sup>.

Los originales de estos dos fueros se conservan en el Archivo Catedral de Palencia, y para su transcripción he utilizado las fotocopias de los mismos existentes en la Escuela de Estudios Medievales.

E. S.

## 1

1161, septiembre, 30.—Husillos.

*Fuero concedido a los habitantes de San Julián por Raimundo, abad del Monasterio de Santa María de Husillos.*

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus, Dei gratia abbas Sancte Marie de Fusellis, amore Dei et remissione peccatorum meorum, cum consilio et assensu totius capituli Sancte Marie <sup>1</sup>, facio cartam firmitatis et textum scripture in per <sup>[2]</sup>petuum ualiturum concilio de Sancto Iuliano et omnibus hominibus tam presentibus quam futuris in eadem uilla morantibus per presentem scripturam donans et concedens eis forum: Ut unoquoque anno decem et octo sernas faciant canonicis Sancte Marie pre <sup>[3]</sup>sentibus et futuris,

<sup>4</sup> *Silva*, pág. 200.

<sup>5</sup> *Silva*, pág. 190.

1. Desde *amore Dei* hasta *capituli Sancte Marie*, falta en el ms. de la B. N.

duodecim a festiuitate Sancti Iohannis usque ad Natiuitatem Domini, sex autem a Natiuitate Domini usque ad festiuitatem predictam Sancti Iohannis<sup>2</sup>, hoc uidelicet modo: ut quicumque in predicta uilla fuerit et facta amonitione sayonis ad sernam cum hora non <sup>[4]</sup> uenerit, altera die pectet unum carnerum; et ille serne fiant in termino Sancti Iuliani et in termino Fusellis et non alibi; et serna uindemiarum computetur pro duabus. Et cum homines Sancti Iuliani ad sernam fuerint faciendam, canonici faciant fieri de <sup>[5]</sup> quarta<sup>3</sup> Palencie XVI panes, et dent unicuique duos panes, unum de tritico et alium de ordeo, ita quod molatur sine maquila<sup>4</sup>. Absoluo etiam eis osas<sup>5</sup>. Preterea mando et concedo ut nullus deinceps dominus uel merinus aut sayo aut aliquis alius, in predicta <sup>[6]</sup> uilla de Sancto Iuliano potestatem aliquam habens, iniuriam inferat uel uim faciat alicui in predicta uilla moranti, set calumpniam suam iuste requirat et secundum forum terre. Et de tota calumpnia manifesta et de homicidio manifesto, non habeat dominus <sup>[7]</sup> nisi medietatem. Si autem reus negauerit et conuictus fuerit, totam calumpniam sine homicidium pectet<sup>6</sup>. Concedo etiam uobis ut pro illis qui in igne, uel aqua, uel puteo, uel terrero, uel silo uel sub pariete mortui fuerint, homicidium a nobis [nullatenus]<sup>7</sup> exigatur <sup>[8]</sup>. Verumptamen pro illo quem canis uel bestia interfecerit domino uille dampnatorem tradatis. Nullus preterea in eadem predicta uilla capiatur si fideiussores dare potuerit idoneos et rectos ad persoluendam calumpniam que habeo requiretur <sup>[9]</sup>. Concedo etiam, ut quicumque de predicta uilla exire uoluerit ut alibi moretur, exeat libere et abeat spatium nouem dierum in quibus leuet uel uendat omnia sua, set parietes non destruat nec arbores eradicet, post nouem dies siquis intra <sup>[10]</sup> uillam remanserit domini sit. Concedo insuper ut non currat pesquisa inter dominum predictae uille, quicumque fuerit, et uassallos eius sed iudicium<sup>8</sup>.

---

2. Desde usque ad Natiuitatem hasta festiuitatem predictam Sancti Iohannis, falta en ms. de la B. N.

3. En ms. de la B. N., *quarta*.

4. *Itaque molant sine machila*, en ms. de la B. N.

5. En ms. de la B. N., *absoluo et eis ollas*.

6. Desde *Si autem* hasta *pectet*, falta en el ms. de la B. N.

7. Interlineado.

8. Esta cláusula y las dos anteriores faltan en el ms. de la B. N.

Siquis autem cuiuscumque generis sit uel ordinis huius mee donationis et huius carte confirmationem in <sup>[11]</sup> fregerit uel dimi-  
nuerit, anathemate feriatur et cum Datan et Abiron et Iuda pro-  
ditore nisi resipuerit in inferno dampnetur. Facta carta in Fu-  
sellis undecimo kalendas octobris, feria prima, era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup>  
VIII<sup>a</sup>. Ildefonso <sup>[12]</sup> rege, filio regis Sancii, regnante in Toletó  
et in Nagera et in Castella. Regnante Ferdinando in Legione et  
in Galicia. Dompnus Raimundus secundus episcopus in Palen-  
cia, cuius mandato et uoluntate carta hec facta est. Preterea  
sciendum, quod nullam sernam <sup>[13]</sup> faciant homines de Sancto  
Iuliano die sabbati neque die lune, et cum fecerint sernam, de-  
tur unicuique obolata casei et quatuor una terracia uini, preter  
in serna uindemiarum ubi non debent habere nisi panem tantum.

[1.<sup>a</sup> columna]<sup>9</sup>:

Patrus Cidez, testis. Magister Ricardus, sacrista, testis.  
Laurentius, cantor, testis. Nicholaus, operarius ecclesie,  
testis.

Magister Poncius, testis. Et totum capitulum Sancte Ma-  
rie confirmat.

Petrus Pascalez, testis. Petrus Captiuus, merinus epis-  
copi, testis.

[2.<sup>a</sup> columna]:

~~Comes~~ Almaricus, dominans in Toletó.

Guterrius Fernandez, potestas in Castella.

Nunius Petri, potestas in Auia et in Ferraria.

Dompnus Boso, potestas in Saldania et in Carrione.

---

9. En el ms. de la B. N. no hay más que los dos primeros testigos de la primera columna y todos los de la segunda, faltando lo restante.

[3.<sup>a</sup> columna]:

Abbas Iohannes, testis.  
Petrus Raimundi, de ecclesia Ota, testis.  
Petrus Martinet, testis.  
Iohannes, abbas, testis.

[4.<sup>a</sup> columna]:

Gomez Petri, de Fontes, testis.  
Pelagius Petri, testis.  
Petrus Iohannis, testis.  
Petrus Dominici, de Monzon, testis.  
Alardus, testis.

Ego Raimundus, abbas Sancte Marie de Fusellis, hanc cartam corrobore et hoc signo (*signum encima de la linea*) crucis propria manu confirmo. Petrus Iohannis hanc cartam scripsit.

Preterea, concilium Sancti Iuliani det unoquoque anno canonicis fusellensibus in Nathali Domini quatuor morabetinos pro offurcione.

2

1162, febrero, 17.

*El obispo de Palencia Raimundo concede fuero a los habitantes de Villamuriel.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Dignum et iustum est et misericordia semper suadet ut fidelibus et legitimis uassallis digna pro bonis seruiciis fiat a dominis retributio. Propterea ego <sup>[2]</sup> Raimundus, Dei gratia Palentine ecclesie episcopus, licet indignus, non inmemor bonorum seruiciorum quos mihi semper fecistis, facio nouiter cartam de bonis foris uobis hominibus meis de Uilla Morel <sup>[3]</sup> tam presentibus quam futuris in eadem nilla commorantibus sicuti bonis et cabosis uassallis. Dono itaque uobis pro foro una cum consilio et uoluntate fratrum meorum ecclesie Sancti Antonini canonicorum, ut non faciatis sernam nisi semel in mense. Et de calumnia quam fece-

ritis que cognita fuerit et manifesta, non pectetis nisi medieta-  
tem, preter latrones, traditores et aleuosos qui pectent <sup>[5]</sup> totum  
quod habuerint et etiam perdant corpora, si capi possint. Prete-  
rea, do uobis pro foro ut unusquisque uestrum det palentino  
episcopo, annuatim, pro sua casa, in marcio, unum solidum regie  
monete <sup>[6]</sup> tunc currentis. Statuo etiam, uolo et mando ut omnes  
equaliter, tam clerici, tam milites quam etiam omnes alii uicini  
in Uilla Morel commorantes, habeatis generaliter in omnibus et  
per omnia unum <sup>[7]</sup> et idem forum quantum ad uicinitatem  
uille et ereditas eiusdem uille et tocius termini sui non currat  
extra ad aliam uillam nisi cum beneplacito et spontanea uolun-  
tate palentini episcopi et concilii uille <sup>[8]</sup> uestre ibi commorantis.  
Hec autem omnia bona dono et concedo tantummodo uobis ho-  
minibus meis tam presentibus quam futuris in Uilla Morel com-  
morantibus, et hoc facio pro remedio anime mee et peccato-  
rum <sup>[9]</sup> meorum remissione et ut uos semper sitis magis fideles  
in omnibus et per omnia et deuotiores ad omne bonum serui-  
cium. Siquam uero ecclesiastica persona uel secularis hoc meum  
factum infringere uoluerit <sup>[10]</sup> sit maledictus et excommunicatus  
et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus. Facta carta  
ista XIII<sup>o</sup> kalendas marcii, sub era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup>. Regnante rege Hyl-  
defonso in Toletto et in Castella <sup>[11]</sup>. Comite Amalrico, tutore  
regis et tenente Sanctum Stephanum de Gormaz et Atenzam.  
Comite Nuno, Donas et Auia et Ferreriam. Aluarus Petri in  
Aguilar. Goterius Fernandez in Castrosorii.

Et ego Raimundus, Palentine ecclesie episcopus, qui hanc  
cartam scribi mandauit coram subscriptis testibus roboro et  
confirmo.

[1.<sup>a</sup> columna]:

Bernardus Simonis, decanus ecclesie Palentine, testes.  
Raimundus Arnaldi, archidiaconus, testes.  
Bernardus Pessini, archidiaconus, testes.  
Iohannes Petri, archidiaconus, testes.  
Bernardus Iohannis, archidiaconus, testes.

[2.<sup>a</sup> columna]:

Bernardus Sebastiani, precentor, testes.  
Petrus Sobrino, tesararius, testes.

Guterius Roderici, abbas Lauancie, testes.

Berengarius, abbas de Ermidas, testes.

Garnerius, capellanus episcopi, testes.

Et capitulum Sancti Antonini uisores, auditores et confirmatores.

Cid, Belid, Anaia, confirmat.

Martinus Ermengaudi, cancellarius episcopi, dictauit et hoc signum fecit (*Signum*).